

**De commoditate nostri operis in designatione orbis.**

**Cap. XIX.**

Nde nos labores suscipimus geminū. Primū ut intentionē uiri: quaz p totū opus habuit: teneamus: praterq̄ in his quaz emēdatione potita sunt. Deinde ut ea quaz eidē haud nota fuerūt: partim ab historiae noticiā haud habitā: partim ob seriē diligentiorū tabularū: congrue q̄ maxime fieri pōt describantur. Curam praterea ēt adhibuimus de cōmodiori usu in oībus regionibus: statuētes ipsaz limites quos particulariter habeāt situs in longitudine ac latitudine. Deinde de regionū ipsaz gētibus nota dignis: quomō inter sese locatae sint. De insignioribus praterea urbibus: fluuiis sinibus: montibusq̄: ac ceteris oībus quaz in tabula ipsa præbere possent distātiā aī aduersione quapiā dignas: hoc est quot gradibus quāliū est maximus circulus trecētū & sexaginta: distat in lōgitudine meridionalis p locū descriptus: a meridionali qui ultimū finē occasus terminat. Secundū uero latitudinē: quantū distat parallelus p ipm descriptus locū: ab æquinoctiali: in ipso meridiano. Sic enim extēplo cognoscere poterimus cuiuslibet loci positionē particulariter: & ipsaz regionū situs quomodo inter sese: ac ad totum orbem: locatae sint.

**De inaequalitate dimensionis tabulae marini.**

**Cap. XX.**

Esriptio autē utraq̄ p se quoddam proprium hēt. Nā in sphaera orbem notari/propria figurā similitudinē trahit: nec ad hoc artificioso quodā eget opere. Non tamē magnitudo facile captat quaz continere loca plurima possit: eoz quaz necesse est collocari: neq̄ præbere pōt id opus: ut figuram simul totā inspiciamus: sed e duobus alter eo oportet traducere quo fert itētio: hoc est/aut oculū/aut sphaerā. In plano autē nihil horū impedimētoz est. Modus uero quidā requiritur: ut similitudo ad imaginē sphaericā habeat: ne distātiā in plano cōstitutā: minus pportionē seruēt/ sed inter sese æquata q̄ maxime sint in superficie plana/ quē admodū sunt in uera. Hoc marinus nō parui existimās/ reiectis omnibus modis descriptionis in plano/ tñ & ipse usus esse uidetur ea tabulae forma/ quaz maxie dimēiones iniquas faceret. Lineas enim quaz pro circulis scribunt parallelorū/ ac meridionalium/ rectas oēs instituit. Meridionales etiam inter sese ipsas in modum rectorū parallelorū inscribemus. Solum autē Rhodi parallelū cōmēsurabilē ipse seruauit cū meridiano/ iuxta rationē fere sexquiquartam similiū circumferētiarū sphaericarū maximi circuli ad parallelum distāte ab æquinoctiali gradibus triginta & sex. Aliorum uero curam

non habuit: neq̄ de proportionē dimēsiōnū/ neq̄ de aspectu sphaerico. Primo enim cōstituto oculo in medio quartæ partis sphaeræ septentrionalis/ in qua plurima pars habitabilis terræ describitur/ meridionales quidem possunt phantasiā rectarū linearū habere/ quando ex circuliōe quilibet nobis ex opposito statuat/ cadatq̄ planū: eiusdē ut oculus supra uerticē illi sit. Hoc parallelis nihilominus non contingit: propter eleuationē poli septentrionalis: sed partes circuloz clare demōstrant curuationes ad meridiē uerti. Deinde iuxta ueritatē ac phantasiā: cum idē meridiani similes quidē: sed in æquales circumferētiā in differētibus magnitudine parallelis intercipient: & semp maiores sint quanto magis ad æquinoctialē accedunt. ipse Marinus omnes æquales facit: spacia climatū magis septentrionalium quā parallelus p Rhodum/ ultra æquū extēdes: & alia quaz eodē magis australia sunt/ plus æquo diminuēs. Ex quo sequitur distātiā locorū minime adaptari posse stadioz dimēsiōnibus ab eodē expositis: sed eas quaz sub æquinoctiali sunt/ maxime sua qnta pte deficere: quoz parallelus p Rhodum æquinoctiali minor est. Distātiā autē quaz sub paralelo p Thylē sunt/ auget quatuor qntis: quoz parte parallelus p Rhodum maior est paralelo p Thylē. Ferme enim qualiū graduū æquinoctialis: aut meridianus est centū & quindecim: taliū est circulus ab æquinoctiali distans gradibus triginta & sex/ & p Rhodum descriptus/ nonaginta & trium. Circulus uero qui ab eodem æquinoctiali distat sexaginta & tribus gradibus: & per Thylē descriptus/ quinquaginta & duorum.

**Quaz seruati oportet ad designationem orbis in plano.**

**Cap. XXI.**

Ropterea actū bene erit lineas quaz p meridianis ponent rectas seruare: q̄ uero p parallelis notabunt/ in circuloz arcub⁹ scribere/ unū & idē cētrū hntibus/ a quo tāq̄ p septentrionali polo supposito/ meridianorū lineaz rectaz ducēdae sūt: ut p ceteris similitudo iuxta formā ac aspectū sphaericā superficie seruēt. Manentibus deinde meridianis absq̄ declinatione ad parallelorū/ ac ēt ab eodē cōmuni polo exeūtib⁹/ cū nequaquā possibile sit p oēs parallelorū pportionē quaz est in sphaera seruare/ abunde erit eā in paralelo p Thylē/ & in æquinoctiali tenere: ut latera quaz latitudinē cōplectuntur/ sint ueris lateribus/ ac naturalibus terræ cōæquata. Parallelorū uero p Rhodū: in quo plurime pbationes longitudinis distātiarū factae sūt/ notare oportebit/ iuxta pportionē prædictā/ quē admodū marinus retulit: hoc est secundū sexquiquartam feræ rationem circumferētiā maximi circuli ad ipsū/ ut longitudo nostræ habitabilis quaz magis no-